Th. Finckius.

Theses logicae.

Hafn., 1594.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

14–115.

LN 604
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

179.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

THESES
LOGICAE

DE QVIBVS PRO PRIMA IN Philoſophia laurea ad diem XV. Martii reſpondebunt honeſti ac docti juvenes XV

Præſide
THOMA FINCKIO
Decano.

4
179.

HAFNIÆ
Impreſsit Matthias Vinitor,
1594.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

I.

LOgicam diverſa conſideratione variè definiri à variis mirum non eſt: ut Philoſophiæ & pars habeatur & inſtrumentum primò in veritatis cognitionem directum.

II.

Diviſio autem illius in inventionem ac judicium recta debet ratione intelligi: cum inventio ejus, quod ſit ad propoſitum noſtrum accommodatum, judicii exſiſtat: ſive jam notio quævis, ſive alteruter pronunciati terminus deſideretur, ſive integra optetur enunciatio.

III.

Diuerſas locorum diviſiones pro varia conceptuum ratione inſtitui nec novum eſt nec ab arte alienum.

IV.

Definitio genere debet conſtare proximo & differentia: quæ ſæpè tamen non unica eſt. Ac ut maximè exſiſtat ultima, nondum tamen ſola definitionem facit.

V.

Definitioni diviſio ſuccedit: & tamen ad definitionis partium inveſtigationem non parum conducit diviſio, in perquirendis differentiis propriis.

VI.

Vbi diligenter cavendum ne in ea diviſionis incommoda incidamus, de quibus ſolerter monuit Ariſtoteles:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

ne adhibitæ ad definitionem differentiæ ex accidenti ſint, & aut minus dicant aut ſuperfluum.

VII.

Plures differentiarum generis alicujus fontes protinus aperire, cujusq; autem diviſionis ultimas differentias ad inferiorum ſpecierum definitiones derivare, donec definitio definitum æquarit, peripateticum eſt.

VIII.

Conditionales propoſitiones aut connexæ, quæ certæ futuræ ſunt, non debent à ternario terminorum numero abeſſe: ut mutua antecedentis & conſequentis opera exſtet.

IX.

Qui numerus tamen non ex tranſpoſitione aut quantitatis mutatione ſed ex propria rerum conceptarum diſtinctione accipiendus eſt.

X.

Cùm autem hypotheſeos & conditionis ratio, tam antecedentis quam conſequentis duos agnoſcat terminos: unus quidem utriq; communis erit, reliqui duo ſuæ parti proprii.

XI.

Atq; ex terminorum ſitu ſeu diſpoſitione quadruplex conditionalis effati conformatio intelligitur: cùm proprii termini utrobiq; aut ſubjiciantur: aut prædicentur: aut antecedentis quidem ſubjectum conſequentis prædicatum: vel prædi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

prædicatum antecedentis & conſequentis ſubjectum præ ſe ferant.

XII.

In primo genere conditionalis partes qualitate non debent differre: nec quantitatis ratione antecedens conſequente aut minus univerſale aut magis determinatum eſt.

XIII.

In ſecunda claſſe connexi partes quantitate non differunt: qualitate autem & convenire & differre poſſunt: ita tamen ut negativa affirmativam non præcedat.

XIIII.

Cum affirmativa prior eſt: prædicatum antecedentis prædicato conſequentis magis univerſale vel minus determinatum eſſe non debet.

XV.

Cùm verò pars utraq; negativa fuerit: conſequentis prædicatum, prædicato antecedentis magis univerſale aut minus determinatum non erit.

XVI.

In tertio ac quarto ordine connexi membra & quantitate & qualitate differre poſſunt.

XVII.

Ac in tertio quidem antecedens ſemper affirmativum eſſe contingit: conſequens verò ſeu affirmativum, ſeu negativum univerſale admitti non poteſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

XVIII.

In quarto verò conſequens ſemper negativum erit: & tum univerſale eſſe poteſt cum ex antecedente univerſali infertur.

XIX.

Vis conditionalium illativa ejusmodi eſt, ut virtute alterius enunciati nitatur: quod etſi non effertur, vim tamen hypotheſi omnem categoricorum ſyllogiſmorum virtute tribuit.

XX.

Vnde & illud accidere poteſt, ut, Soriti aut proſyllogiſmis aliis involuta connexa propoſitio, ternarium terminorum numerum ſuperare videatur: ad eum tamen certioris formæ ratione revocanda.

XXI.

Syllogiſmorum conditionalis propoſitionis perfectæ conſecutionis modi quatuor ſunt. Nam altera connexi parte aut aſſumpta aut negata reliquam aut efficiunt aut deſtruunt.

XXII.

Verum quia antecedentis eſt conſequens inferre, non autem ab eo pendere; conſequentis verò ab antecedente derivari at non ipſum inferre: duo tantum erunt ſyllogiſticæ formæ ratione certi.

Vnus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

XXIII.

Vnus quidem aſſumendo antecedens conſequens concludit: alter deſtruendo conſequens, removet antecedens: ille confirmans hic deſtruens dici poterit.

XXIIII.

Deſtruens illum etiam ſub ſe complectitur, qui deductionis ad abſurdum ſeu impoſſibile nomen obtinuit, mathematicis demonſtrationibus familiariſſimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 604 4°